



**Christ-eyfriger ||Seelen-Wecker/ ||Oder ||Lehrreiche
Predigen/ ||über absonderliche Stellen der H. Schrift/**

Zu disem Zihl und End eingerichtet Daß der Sünder in sich selbstn gehe,
den gefährlichen Schloff der Sünden überwinde und sich zu wahrer Buß
eyfrig und zeitlich aufmuntere; In zwey Bücher abgetheilt; mit
weitläuffiger Anleitung wie alle und jede Predigen auf die Evangelia der
Fasten und des ...

Barcia y Zambrana, José de

Augsburg [u.a.], 1718

VD18 13450131-001

Approbationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76332)

APPROBATIONES.

Approbatio Doctoris Don. Balthasar de Penna, & Aviles, Canonici Sacri montis, & Professoris Theologiæ Moralis in Cathedra.

EX commissione Domini Doctoris, D. Francisci Ruiz Noble, Canonici Sacræ Collegialis Ecclesiæ de monte Sancto Granadæ, Provisoris, Judicis, & Vicarii Generalis Ordinis Episcopatus, vidi hunc librum, cui nomen est, Excitatoris Christiani, compositum à Doctore D. Josepho de Barzia & Zambrana, Canonico ejusdem insignis Ecclesiæ, de monte Sacro, & Professore Sacræ Scripturæ, cumque illum attente perlegerem, possum dicere cum Seneca: *Tanta autem dulcedine me tenuit, & traxit, ut illum sine ulla dilatione perlegerem, sol me invitabat, fames admonebat, nubes minabantur, tamen exhausti totum, non tantum delectatus, sed gavisus sum.* Seneca 1.6. Epist. 46. fol. mihi 272.

Cum autem unica mea mens & intentio esset, ut opus hoc tam acceptum & utile brevis scopum suum attingeret, maximè cum invenissem illud omni ex parte perfectum, ita ut nihil omnino difficultatis aut scrupulosi examinis haberet opus, ubi themata tanta vocum proprietate, & tanta eloquentia ornata ac digesta invenirentur, intermixta tanta styli modestia, quæ velut opus perfectæ Rhetoricæ & oratorem devincit, & fervorem ingenerat, atque insuper corda movet & accendit, instar Apostoli Doctrinâ omnino Catholicâ & securâ rationum pondere efficaci cum nil aliud videatur, quàm substantia rerum solida ad intellectum convincendum, & imprimendam veritatem, juxta verba Sidonii Apollinaris: *Nervosa qua vincant mentem, & veritatem edocent, sicerere possum Authori longè melius, quam olim Plinius amico suo Serturnino; Ego verò Rufum nostrum laudo (dicam ego) Ego verò Josephum nostrum laudo, non quia tu, ut ita facerem petisti, sed quia est ille dignissimus, legi enim librum omnibus numeris absolutum, cui multum apud me gratiæ, amor illius adjecit.* Sidonius Apollinaris Plinius Junior. 1.9. Epist. 73.

Quemadmodum autem liber talis omni nævo immunis & liber tam desiderabilis, juxta suo Elogio dignus est, meque obligat ad condignam Panegyrici meritissimi sui Authoris, ut sentium hic meum proferam, id quod & Plinius fecit, cum ipsius censuræ elaborationes nonnullæ concederentur, *in quibus scriptis (ita & ego sentio de hoc libro) Censuræ virgula nihil, laudis & admirationis multa digna reperi, cum autem invenire mihi imposito teneat, quid plenius & planius aperire, laborabo, ut orationem meam ad modestiam Authoris, moderatoremque submittam, nec minus laborabo quid aures ejus pati possint quam quid virtutibus debeat, magna & iniustata scriptoris gloria, cujus laudes cantantur, non tam vereor, ne me in laudibus tuis parcum, quam ne nimium pates.* Plinius Junior.

Sed veniam mihi dabit illius modestia, quia Justitiæ debitum est eum laudare, qui meretur, teste Seneca: *merentem laudare justitia est.* Qua autem ratione ego Authori nostra elogia negare potero, cum jam illa vel à maxime exteris obtinuerit, cum vir modestus sit absque omni affectatione, æqualiter prudens, & verè humilis, id quod nobis est gloria, qui eundem socium nostrum tam conjunctum profiteamur. *Quid enim talem verò negare possimus, dicebat Cassiodorus, qui etiam meliora suis obtinere possit obsequiis, vel si non probareretur assensu vir modestia humilis, prudentia semper æquales, quoniam ad gloriam trahimus, qui eum proprium confitemur.* Quod si & laudes illius possent penes me fieri suspectæ, credant tamen omnes, hanc esse vocem communem, in qua semper, teste Plinio, absque omni dubio, est locus veritatis. *Melius omnibus, quam singulis creditur, singuli enim decipere, & decipi possunt, nemo omnes, neminem omnes se fellerunt.* Cassiodorus variarum. 1.8. Epist. 73. Plinius 1. 10. Ep. 10.

Neminem illis sæculis feliciorum invenit Plinius major, Homero, tam sorte librorum suorum, quam Scriptorum materia, *Homero vale graco, ait, nullam feliciorum extitisse convenit sive operum fortuna, sive materia æstimetur.* Potest etiam auctor noster, ex hoc libro appellari felix, liber autem ipse, tam ex materia, quam nomine, & suo & auctoris longè felicissimus, liber quidem, ob materiam singularem quam tractat, de damnis & consequentiis peccatorum, quæ insequuntur peccantes in omni statu, quæ Ecclesiastico, quæ Sæculari, Principum, Dominorum, Præfulum, Superiorum, Patrum familias, sacerdotum, religiosorum, domicellarum, & conjugatorum, & tandem quia tam regulatè procedit, meritò sequelæ illius sunt timendæ.

Nonnulli enim, ait Plinius, excedunt in materia, quam tractant, alii in libris suis,

(a)

APPROBATIONES.

Plinius l. 1. suis non præstant, quod promittunt, alius excessisse materiam dicitur, alius non exple-
 se, & ambo peccant æqualiter, eodem teste, *æque uterque, sed ille imbecillitate, hic viri-
 bus peccat.* Auctor autem noster, ne excedit, nec deicit in obligati one scriptoris quin
 potius in hoc libro se Eloquentem probat, sicut enim cognoscit differentia esse judicia-
 voluntates, & gustum ac genium hominum, cum unus ab hoc, alter ab altero movea-
 tur; *aliud alios movet, ac plerumque parvas maximas trahunt, varia sunt homi-
 num Judicia, varie voluntates.* Omnibus autem satis facere, & omnium desideria im-
 plere, teste Cassiodoro difficile est, *arduum est quidem multorum desideriis satisfacere.*
 Hic autem auctor, instar solertis agricolæ, omnis generis semina spargit, textus Sacræ
 Scripturæ admirabiles, rationes efficacissimas, argumenta potentia, similitudines, para-
 polas, exempla, nullum lapidem non movet, ut pretiosum thesaurum quem in opere
 hoc præterdit, inveniat. *Omnem lapidem movet,* ait Erasmus, ut ex tot seminibus
 Eruditionis Sacræ, Sanctorum Patrum, Sacræ Scripturæ, & Sanæ Doctrinæ, ac Catholi-
 corum dogmatum, nascantur, & colligantur fructus copiosi, quos ipsius recta intentio,
 & zelus ardens salvandi animas desiderat, ut ita moveantur, persuadentur, convincan-
 tur, terreantur, & timeant peccatores, & damna ac formidabiles consequentias evitent,
 ac emendent.

Ita quondam fecit insignis orator, Plinius secundus, ad permovendos scriptis suis &
 orationibus, iudices, & auditores: *Ut in cultura agri, ajebat Ethnieus eruditus; non vi-
 neas tantam, verum etiam arbuta, nec arbuta tantum, verum etiam campos curo,
 & exerceo, utque in ipsis campis non far, aut siliginem solum, sed hordeum, fabam, ca-
 teraque legumina sero, sic in actione, (hoc est in libro,) plurima quasi semina latius
 spargo, ut quæ provenerint, colligam.* Id ipsum facit auctor noster in opere suo, qui, sicut
 in campo fertilissimo, multum seminavit, ut cedat in utilitatem plurimorum, quia to-
 mus iste, Benjaminus auctoris est, atque ultimus partus laborum suorum, & verè filius
 dextera. Ita illi manum adhibuit, ut majorem fructus partem reciperet, quam reliqui
 libri illius fratres germani, ut sicut alter Joseph magis favebat Bejamine, quam reliquis
 ipsius fratribus, in convivio illo solenni ac splendido, ita ei de cibis illis melioribus, majo-
 rem partem adjecit, *majorque pars venit Benjamin.*

Gen. 38. v. 34. Totum ergo mundum ad hunc librum in vito, quia in illo omnium profectus & utili-
 tas continetur. *Omnibus ergo dandum est aliquid, quod teneant & cognoscant.* Ait Pli-
 nius. Ego autem Auctoris nomine dico unicuique, quod Angelus dixit S. Joanni: *Accipe
 librum & devora illum, & faciet amaricari ventrem tuum sed in ore tuo erit dulce
 tanquam mel.* Librum ergo istum accipe, & comede, hoc enim est comedere, si legas il-
 lum cum desiderio & anxietate proficiendi, hoc enim est, teste S. Gregorio comedere.
*librum devoramus, cum verba vite cum aviditate sumimus, librum ergo devoramus
 & comedimus, dum verbum Dei legimus.* Ita autem legendus est, non sicut multi legunt
 ut maneat jejunus, ait sanctus: *Multi autem legunt, sed ab ipsa lectione jejuni sunt.*

Legatur non una, sed pluribus vicibus, erit enim ad gustum omnium, quia sapidissi-
 mus est: *Et in ore tuo erit dulce tanquam mel,* ut S. Gregorius ait: *liber qui comeditur
 & devoratur dulcis in ore sicut mel factus est.* Facietque grandem profectum, & faci-
 et amaricari ventrem tuum, sicut enim idem sanctus asserit; *Isti sanctum librum de-
 vorant & comedunt, & jejuni non sunt, quia præcepta vite, quæ sensus capere potuit,
 memoria non amisit, sed hæc collectus in DEO animus ligendo & recolendo servavit.*

D. Gregor. in Apoc. 34. Si enim attentè legeris doctrinam recapitulando, advertendo mentem & animum ad
 sententias ac admonitiones, cautelas, & minas, ac consequentias terribiles, *faciet ama-
 ricari ventrem tuum,* quod idem est, juxta mentem D. Gregorii, quàm dolorem culpa-
 rum tuarum elicere, *ventrem quippe doluit, qui mentis afflictionem sensit.* Si enim illi-
 us veritates gustare incipis, tunc enim vero anima tua doloris amaritudinem sentiet, ob
 DEUM offensum. *Cui sermo DEI in ore dulcis esse cæperit, hujus procul dubio contra se
 anima amarescit,* & hinc discas, quomodo injuria tua & negligentia corrigenda sit, &
 qui ratione per penitentiam amaritudinem culpas tuas castigare oporteat. *qua enim in
 illo discit, qualiter se reprehendere debeat, eo se durius per amaritudinem penitentia
 castigat,* ut idem sanctus asseruit, ut adeo in Judicio divino timerè porro non debeas,
 ne te peccatorum consequentiæ convincant, quas modò meritò debes metuere.

Hunc ergo tibi librum compara, quia pretiosus est, habebisque tecum verbi divini
 præconem, qui te itentidem admoneat, reprehendat, & minis coerceat. *nec facite effici-
 tur vitiosus, cui admonitor insistit assiduus.* Teste Cassiodoro, habebis in illo scri-
 nium longè pretiosissimum, salutarium unguentorum, ad curanda vulnera animæ per
 peccata inflicta, longè pretiosius illo, quod teste Plinio, inter spolia Regis Darii, Alexan-
 der Macedo invenit, ad corporis vulnera sananda, *inter spolia Darii regis Persarum
 servatio capto: D. Ambros. de Tobia c. 130.*

Cassiodor. 11. variat. Plinius ma. 17. c. 19.



APPROBATIONES.

quod erat gemmisque, ac margaritis pretiosum. Habebis tandem, ut de libro Ecclesiasticis dixit D. Ambrosius, magistrum fidelem, qui te, quæ ad salutem tuam necessaria sunt docebit, est enim bonus magister ad omnia.

Sed & liber iste singulariter felix est, ex titulo & nomine, cum sit liber seu tomus tertius Excitatoris Christiani, quia in fortunæ habet, ut titulus conveniat cum materia, quam tractat, & quod in scriptio externa, correspondeat illi, quod Excitator iste intus continet. Id quod dixit D. Gregorius Magnus, nimirum die Sancto Pentecostes, Spiritus sanctus posuerit Ignis speciem super Apostolos foris, ut ostenderet, quid divinus ille Spiritus & auctor posuerit intus: *Foris ergo fuit ignis, ait, qui apparuit, sed per hoc, quod exterius exhibuit, expressit hoc, quod intus gessit.* Atque adeo liber iste, secundum nomen suum, excitator est foris, sed verus excitator intus.

Duo genera excitatorum invenit ingenium hominum, id quod videtur excedere vires naturæ ait Episcopus Vulturariensis, primum genus est, quod eâ horâ, quâ posset expergeferi homo, tali arte horologium disponatur, quod ubi determinata hora advenit, tunc enim verò campanula solvitur, sonitu tam notabili, ut etiam altè dormiens expergefcit, & quod vires humanas videtur excedere, dicit eruditus Majolus. *Si statueris tertiam, aut quartâ vigiliâ excitari tantâ arte componuntur horologia, ut quâ volueris horâ, neque antea, neque postea aris insolito sonitu excitabit.*

Alterum genus Excitatoris est, dicit idem Auctor, quod adhuc plus admirationis meretur, quod eo ipso tempore, quo malleolus campanullam tanto sonitu ferit, etiam unâ ex lapide pyrite ignis exilit, & efcam accendit atque una candelam pone positam, unde homo absque ullo labore expergefcit, & unâ lumine accenso gaudet. *accessit & aliud, ait Majolus, ut quâ velis horâ, itum mallei, è silice ignis excutitur, spongia, efcave sponte adurat, bychnus illi proximus accendatur, atque ita lumen splendescat absque humano opere.*

Ad hunc modum proponit nobis D. Lucas alium magis sublimem & divinum excitatorem, c. 2. act. Apostolicorum, eodemque tempore & horâ determinatâ, ait Apostolus: *jam hora est nos de somno surgere, cum sonitu vehementi & inusitato, repente de cælo excitat Apostolos & discipulos, aliòsque fideles, è somno sui temporis ac pusillanimitatis factus est repente de cælo sonus, tanquam adventus spiritus vehementis, atque una accendit ignem divini amoris in cordibus, & apparuerunt eis dispersita lingua tanquam ignis. Ubi simul eosdem expergefcit S. Gregorio teste, docet, illustrat, & hoc igne ascendit; in significatione igitur, ait disertus Pater, *admotâ sunt Elementa, ut ignem & motum sentirent corpora, igne verò insensibili, & voce sine sonitu docerentur corpora.**

Eadem ergo ratione, possum librum hunc felicem appellare, quia nomen Excitatoris Christiani habet, & eodem modo ac tempore peccatores expergefcit, è somno culpæ, cum sonitu horrendo consequentiarum, quæ ex peccatis oriuntur, & cum terribili sonitu Judicii divini, de quo tractat, atque unâ ignem accendit & lucem dum ipsis ante oculos ponit, vitam Christi, qui lux est; *Ego sum lux mundi*, ut ex gravi somno peccatorum excitati, etiam per vitam sanctorum, qui pariter lux sunt: *Vos estis lux mundi*, corda illorum instruantur & accendantur, igne imitationis veræ JESU Christi & Sanctorum ejus, & hac luce illustrati feliciter incedant per viam æternitatis, imminutis viribus consequentiarum suorum peccatorum, ut nos in tribunali divini judicii non comprehendant.

Estque singulariter notandum, quod liber iste, tomus tertius sit excitatoris, in quo tractatur materia consequentiarum ex peccatis, de quibus peccatores strictam rationem DEO reddunt, in judicio extremo, quemadmodum enim Logici, in Syllogismis secundum formam factis, totam vim ponunt in tertia propositione, quæ est consequentia seu conclusio, ita tertius iste liber de consequentiis, est veluti conclusio ad omnes reliquos, ubi auctor omnem suam vim exerit, ad concludendum in forma, & convincendos peccatores.

Erat in more positum penes antiquos, ut notavit Brissonius, salutare se recipere, hac voce, *Vale*, vivis quidem, semel dicebatur, mortuis autem ter, repetebatur: *Mortuis idem verbum Vale. Sed extremum dicebatur ter iterato verbo: Vale, Vale, Vale*, ait Raderus, tantamque vim in tertio hoc, *Vale*, ponebant, ut illud vocarent æternum, videbatur enim ipsis tanti roboris esset, ut si ille, quem pro mortuo habebant, non responderet, nihil porro de illius salute sperandum esset, ita cum Martialis unâ & alterâ vice amicum suam salutasset, hicque nihil respondisset, addidit tertio, *in æternum Vale*. Cùmque omnino nihil responderet, illum velut omnino mortuum reliquit, unde commentator ipse ait, *Iratus, inquam Poëta æternum illi vale dicit, nam salutatus cum non respondeas, mortuus videris, vel certe mortua est in te humanitas.*

Simon Majolus Colloq. 23.

Idem ubi supra. Ad Rom. 13. Act. Ap. c. 2, v. 2.

D. Gregorius in c. 2. Apoc. c. 7. litt. A.

Joan. c. 8. Matt. c. 5.

Raderus in Martialem, l. 5. Epigram. 63.

APPROBATIONES.

Tribus vicibus reperit auctor noster, hoc *Vale* salutis, ad vitam æternam, in tribus suis tomis excitatoris Christiani, ad omnes peccatores, quamvis ad primum non responderint, nec ad secundum, nihilominus adhuc tamen spes super est illos responsuros, si autem etiam huic tertio non responderent, tunc enim verò poterit ipsis non immerito dicere, *æternum vale*. Unde Auctor omnem suam vim adhibuit, ut convincat peccatores, alias enim habendi sunt pro desperatis, & verè mortuis, absque ulteriori spe vitæ: *Cum non respondeas, mortuus videris, vel certè mortuus est in te humanitas*. Usque aded in forma procedunt in hoc libro consequentia, quæ in intellectu concludunt, ut omnes prorsus convincant, nisi sint verè mortui, per suas rationes, & argumenta, Postsum ergo de hoc tomo tertio dicere, quod dixit Sidonius Apollinaris de quodam altero: *Est opus pulchrum validum, acre, sublimo, elegans, & cum magna auctoris laude diffusum*. Et poterit idem Auctor dicere, quod dixit Trajanus, cum Marcum Ulpium in filium adoptaret; *Quod felix, faustumque est populo, & mihi ipsi*.

Sidonius Apollinaris. l. 4. Ep. Apud Vicgas in c. 6. Apoc.

Plinius junior. l. 7. Ep. 22.

Plinius junior. l. 1. Ep. 10. Arrio Clementi Plinius ubi supra

Tandem felicissimus est liber iste propter iuum Authorem, si enim ipsum omnes agnoscerent, nemo miraretur illum tantis Elogiis celebrari. *Minus miraberis*, dicebat Plinius (cum Falconi amico suo de Cornelio Minutiano scriberet) *eum sciveris, quis, ille qualisve sit, possum autem tibi & nomen indicare, & describere ipsum, est Cornelius Minutianus, ornamentum regioni nostræ*. Ita & ego nomen tibi dicere possum, est Doctor D. Joseph de Barzia & Zambrana, dignissimus Canonicus Insignis Ecclesiæ Collegialis de Sacro monte, Granadæ, Malacitanus, honor patriæ nostræ, quia ambo ex uno sumus Episcopatu, vis illum manu mea describam? minime, quia id aliud non esset, quàm lituris calami mei, ipsum deformare, & excelsas illius dotes, styli mei vilitate obscuras reddere, quæ tamen excellentissimo Panegyrista dignæ sunt, nam sicut Plinius secundus dixit, *ut enim de pictore, sculptore fictore, nisi artifice x. judicare, ita nisi sapientem non potest perspicere sapientem*.

Describat ergo penna tua delicata & eloquenti Rhetorica, idem Plinius, insignem & sapientem Philosophum Euphratem, nam in illo si mea me non fallit opinio, invenit fors mea, veram affigiem auctoris nostri; *Quantum mihi cernere datur, ait, multa in Euphrate sic eminent, & elucent, ut mediocriter quoque doctos vertant, & adficiant, disputat subtiliter, graviter, ornate, frequenter, etiam Platonis illam sublimitatem, & latitudinem effinxit. Sermo est copiosus & varius, dulcis in primis, ut repugnantes quoque ducat, & impellat. Ad hæc proceritas corporis, decora facies, ingens & cana barba, quæ licet fortuita & inania putantur, ille tamen plurimum veneratioris acquirit. Nullus horror in vultu, nulla tristitia multum severitatis, (revereantur occursum non formides) vita sanctitas summa, par comitas, infectatur vitia, non homines, nec castigat errantes, sed emendat. Sequaris momentem, attentus & pendens, & persuadere tibi etiam, cum persuaserit cupias. Jam verò liberi tres, quos diligentissime instituit.*

Non potest exemplar hoc esse luculentius, nec descriptio magis perfecta, ad illud usque, jam verò liberi tres, quos diligentissime instituit. Fortassis isti sunt tres tomi seu libri Excitatoris Christiani, quos Auctor huc usque protulit, nam, juxta dictum Platonis, sunt filii intellectus longè magis amati, quàm naturales, cum parvus sint nobilitatis potentia.

Plato Epistol. l. 7. apud filv. tom. 4. in Evang.

Plinius ubi supra. Seneca l. 10. Epistol. 75.

Plato libros mentis filios appellat, imò chariores iis, qui naturales vocantur, tanquam ab excellentiori potentia intellectu nempe prognati, ut ait Sylveira, sententiam hanc nec descriptionem linguæ castellana non reddo ne fortè vel obicurem, aut vocum proprietati aliquid detraham, id unum dico, rogòque quemvis, qui librum huc legerit, ut si in civitatem Granatensem proficiscatur, in montem sacrum ascendere non omittat, ad videndum Authorem ipsum fructumque ex ipsius aspectu ac communicatione hauriendum. Non omittam Plinium hic referre, idem de Euphrate Philosopho momentem. *Quo magis cui vacat, hortor, cum proximè in urbem veneris, venias autem ob hoc maturius, illique te expoliendum, limandumque permittas*. Id autem si quis facere non potest, legat, si velit, libros, & id ipsum præstabit, ac si virum ipsum videret, aut audiret prædicantem, nam, ut ait Seneca, *concordat sermo cum vita, ille promissum implevit, qui, cum videas illum & audias, idem est*.

Postum enim verò testari de hoc Authore, quòd cum in urbe Malaga, in grammaticæ studium in Societatis Jesu Gymnasio incumberemus, ipse novem annos natus eà fuerit modestia & morum compositione, ac si jam tunc habuisset ætatis suæ triginta & octo annos, quos nunc habet cum ea judicii & vitæ gravitate conjunctos, ac si jam grandævus senex esset; qualis etiam reputari potest, juxta illud sapientis effatum: *Senectus venerabilis est, non diuturna neque annorum numero computata, cani autem sunt sensus hominis, & atas senectutis vita immaculata*.

A parentibus in tenera ætate missus est ad Sacræ Theologiæ studium in Collegium S. Dionysii Arcopagitæ, hujus sacri Montis, quod nulli alteri cedit in Hispania, tam quo

APPROBATIONES.

quo ad studium & doctrinam, quam juventutis educationem. In hoc Collegio sicut ^{Luc. 2. 2.} crevit ætate, ita pariter in litterarum & virtutis augmento, proficiebat sapientia & at-
 27. Finitis studiis, ad Parentum domum reversus, totus in animarum salutem intentus
 insigni dote animi munus prædicandi auspicatus est, suisque sermonibus mundo bellum
 indicit, ad destruendam superbam vitiorum statuam potenti verbo prædicationis, in
 quo continuo labore, & exercitio, ac missionum praxi, adeo excellit, ut absque violen-
 tia de ipso dici posset illud Danielis: *abscissus est lapis de Monte sine manibus & per-* ^{Dan. 2. 2.}
cussit statuam, lapis autem, qui percusserat statuam factus est mons magnus.

Continuatio aliquot annorum intervallo hoc exercitio, cum insuper propriæ in-
 clinationi insigni talentum accederet, copiosas virtutum ac doctrinæ undas collegit,
 quique à monte Sacro, velut alveo matrice fluere cœpit rivus parvulus, anno millesimo
 sexcentesimo septuagesimo primo, omnium suffragiis in Canonicum electus, in illud
 flos copiosum excrevit, à quo, sint Deo grates, experientia teste, hujus Civitatis ani-
 mæ tantum fructus, & emolumentum hausert, totusque hic Archiepiscopatus ex ejus-
 dem sermonibus, fructum sapidissimæ prædicationis, ut sanè D. Gregorius de isto locu-
 tione esse videatur, dum de Anastasio Antiochiæ Episcopo scribit; *Gloria in Excelsis*
 DEO ait, *quia magnus ille fluvius, qui quondam a rentia Antiochia saxa reliquerat,* ^{D. Gregor.}
tandem ad proprium alveum reversus subjectas & juxta positas valles rigat, ut & ^{Magnus.}
num tricesimum, & aliud sexagesimum, aliud verò centesimum fructum ferat, jam ^{1. 4. Epist.}
nunc dubium non est, multos in ejus vallibus animarum flores excrecere, eosque ad ^{Ex registr.}
maturos fructus, per lingua vestra fluent a pervenire. ^{in dict. 1. 7.}

Vita illius in monte Sacro, est veluti Anachoretæ, in suo musæo solitarii, è quo non
 egreditur, nisi ex obligatione præcisa, totus litteris ac libris immerfus, ut quondam, de
 monacho quodam dixit Severus Sulpitius, adeo ut nec de die, nec de nocte sibi re-
 quiem indulgeat: *Totus semper in lectione, totus in libris, non die non nocte requie-*
scens. Studium ipsius erat, sicut Plinius, de suo cognato refert: Lucubrare à vulca-
nalibus incipiebat, non auspicandi causâ sed studendi; estate statim à media nocte,
hyeme vero ab hora septima, vel cum tardissime octava, sæpe sexta, erat sanè somni-
parcissimus, nam perire omne tempus arbitrabatur, quod studiis non impertiretur, hac
inventione tot à ista volumina peregit.

Hæc ratione tres tomos Excitatoris Christiani in lucem dedit, excedente fructu
 unius cujusque, unum tricesimum, aliud sexagesimum, aliud verò centesimum fru-
 ctum ferat. Fructus sanè tam doctos, & Sacra eruditione plenos, in doctrina tam so-
 lidos, ac fundamentales, ut cum vitia reprehendit & destruit, non offendat personas,
 quod quidam poëta de suis libris dixit: *Hunc servare modum nostri novè libelli, par-* ^{Martialis}
cere personis, dicere de vitiis. Potèstque non minus de Authore nostro dici, quam ^{1. 10. Epist.}
 quod Raderus dixit de suo: *Non minus emendat mores noster, quam vel Lucilius, qui* ^{33. Raderus}
versu secuit urbem. Erant autem libri isti tam felices & fortunati, ut non necesse sit, ^{in Martia-}
 ut alas habeant, quales desideravit David ad volandum, nam tali calamo instructi sunt, ^{tem.}
 tantæque sunt auctoritatis & famæ à suo auctore, ut tantum jam & cucurrerint & vola-
 verint, per totam Hispaniam, Valentiam, Aragoniam, Barcelonam, Lusitaniam, & per
 Indias, majori autem fortunâ & felicitate hic tertius tomus, nec dum enim egressus ex
 prelo granatensi, jam iterum imprimitur Ulyssipone, & etiam ibi de hoc tomo dici po-
 tèst, quod de ultimo suo libro dixit Martialis, cum illum Romam mitteret imprimen-
 dum, aut producendum.

*Non tamen hospes eris, nec jam potes advena dici.
 Cujus habet fratres, tot, domus alta Remi.*

Quia etiam ibi alios duos tomos, hujus fratres germanos impresserunt, non tamen tan-
 ta celeritate, ita ut dubitari meritò possit, an prius Ulyssipone fuerit impressus iste to-
 mus, quam in Urbe Granada originalis, idque tanta læticia & exultatione impresso-
 rum, ac civitatis totius, id quod in alia simili occasione dixit Hildebertus: *Et lætus dies,* ^{Hildeber-}
& vultus solennes, cum tali tractatu nobis accesserunt. Possuntque nobis de isto ^{tus tom. 5.}
 Authore Lusitani dicer, quod dixit D. Gregorius de S. Ignatio Martyre, cum ad Ana- ^{bibliot. Ep.}
 stasium scriberet. *Qua videlicet de scriptis vestris accepta, idcirco in meis Epistolis* ^{22.}
pono. Ut de S. Ignatio, vestra Beatitudo cognoscat, quia non solum vester est, sed ^{D. Gregor.}
etiam noster. ^{1. 4. Epist.}
 ubi supra.

Fateor ergo, quod Authori nostro eas gratias referre debeam, quòd libros adeò pre-
 ciosos ediderit, etiam si libri alii sint majores volumine & male, nullus tamen utili-
 tate major; non possum tamen non conqueri, sicut quondam de amico suo Octavio Pli-
 nius: *Nominem te patientem, vel potius durum, ac penè crudelem, qui tam insignes li-* ^{Plinius Jun.}
brost amidiu teneas, quomque & tibi & nobis invidebis? tibi maximam laudem, no- ^{1. 2. Ep. 10.}

APPROBATIONES.

bis voluptatem sine per ora hominum ferantur, quod enim tanto tempore fideles privaverit, tanta utilitate, ac solatio cunctus, posset quadam crudelitas videri.

Sua seram ipsi, velut amico meo sæpius, ut scriberet, cum enim huic solitudini vacaret, omnisque occupatio, & vigilia in id impenderetur, ut in lucem daret ad utilitatem publicam, labores illos, quos prædicatione continua digesserat, idem sanè feci, quod Plinius amico suo, quam vis sine diverso, ille enim ex vanitate, ego verò ad fructum animarum: *Ipsè te in alto isto pinguique secessu studiis aderis? hoc sit negotium tuum, hoc otium, hic labor, hac requies, in his vigilia, in his etiam somnus reperitur: Effinge aliquid & excude, quod sit perpetuum tuum, nam reliqua rerum tuarum post te alium & alium dominum sortientur, hoc unquam tuum desinet esse, si simul ceperit.*

Scio autem probè causam, cur desideris meis non annuerit, nec aliorum precibus consenserit, non fuisse timorem aut metum, quo tenebatur Cassiodorus, ne propter temporis brevitatem & angustias libri minus politi & limati, atque adeo minus ad gustum hominum prodirent: *Ut quod modo (dicebat Cassiodorus) propter desideria supplicantium probatur acceptum, postea legentibus videretur in spidium; dictio semper agrestis est, quæ aut sensibus electis per moram non comitur, aut verborum minimè proprietatibus explicatur.* Certè animi illius demissio tandem illum retraxit, ut que tum se obligari intelligeret superiori quodam impulsu, ut tandem partum suum in lucem protraheret, est enim grandi tonitru opus, teste David, usque dum cervæ pariant. *Vox Domini præparantis cervos, & lux quædam superna, quæ prædicatores adigit ad annuntiandum populo, quod mente conceperunt sic ergo vox & verbum Domini, ait quidam Commentator facer prophetas, hoc est, prædicatores, quasi parturientes, magno animi affectu, ac vehementiâ, quæ interius per divinas conceperant revelationes, exterius populo annuntiare cogit.*

Tandem protulit libros suos in lucem, tanta temporis brevitatem ac celeritate, ut de Authore verum fiat, sicut cum fideli servo Evangelico, quod cum duobus talentis operatur, alia duo lucratus sit. Sunt autem hæc duo talenta ex quorundam mente talentum prædicatoris, & scriptoris, ut ait Maldonatus. *Ad prædicandum Evangelium, & exponendas scripturas sacras.* Ut adeo ipsi verè conveniat, quod dicebat & desiderabat David. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Id quod interpretantur Hebræi, fuisse, quod in hoc versiculo David cupiebat, nimirum Talentum prædicatoris laudes DEI, cujus linguam tam expedita foret & vox tam pura, atque clara instar tubæ sonoræ ad explicandos sermones & psalmos cantandos, aut etiam veluti penna & calamus scribentis, quæ magna facilitate & velocitate litteras exarat. *Quocirca, ait Lorinus, sensus erit juxta communem sententiam hebræorum ut significet David, futuram linguam suam, vel ut sit, optet, tam celer, & expedita in suo illo sermone, voxque tam pura, clara, resonet in eo decantando, quam decurrit stylus calamusve scriptoris promptè & facile, cui est pro lingua manuum quodammodo dictum instrumentum.*

Atque hanc Oratoris faci dotem, non habet quòd desideret Author noster, possidet enim illam modo prorsus admirando, quia ad prædicandum DEI verbum, tantòsque faciendos sermones, uti facit, linguam adeo solutam habet, celerem ac velocem, vocem tam claram, suavem ac dulcem, ut tubæ instar sonoræ corda penetrat, & demulceat aures, atque eodem tempore, ut feriat animos, & audientibus persuadeat veritates efficacissimè estque ipsi omnino naturale, quod de grandi Oratore Pericle dixit Comicus Eupolides: *Præter ejus celeritatem suadela quædam, id est flexanima Dea persuadendi insidebat labris, ita demulcebat, & solus Oratorum aculeum relinquebat auditoribus.* Tantæ efficacix apparebat inpulpito, ut videretur similis Nubi prægnanti, quæ commota, effundit fulgetra ac tonitrua, quibus omnibus timorem injicit, & quosdam quidem peccatores instar fulguri illuminat, alios verò, velut fulmine ferit, & consternat singulos. ut melius quam Pericli ipsi conveniat alterius Comici effatum: *Fulgurabat, tonabat, concutebat.*

Sed & scriptoris dotes tenet ad invidiam ita ut non sine ratione dicere possit pennam ejus esse calamum scribentis scribæ velociter. Aut juxta D. Hieronymi translationem, *stylum scribæ velocius.* Juxta S. Cyprianum. *Scribæ acutè scribentis.* Juxta Chaldæum: *Scribæ excercitati.* Juxta Lorinum. *Grammaticarii, litterarii, litteratoris velocis.* Estque in scribendo tam velox, ut quamvis dicat Euthymius, quòd ob angustias humani intellectus admodum difficile accidat, eodem tempore & invenire, & componere, & discretè unire, & concludere, & scribere. hac tamen felicitate gaudet Author noster, ut nihil ipsi velocitatem retardet, juxta dictum Manilii, *Hic & scriptor erit felix, cui littera verbum est.*

Est

Cassiodor.
.7. variat.
in præfat.

Psal. 38.

Jac Suarez
Serm. in
Apoc.

Maldonatus
in Mart.
c. 25.

Psal. 44.

Lorinus in
Psal. 44.

Eupolides
Comicus.

Apud Plin.
ium l. 1.
Epist. 10.

Euthymius
apud Lorin.

Manilius 4.
Astron.

APPROBATIONES.

Est insuper acutus. *Scriba acute scribens.* Id quod testantur libri ejus & sermones. Est exercitatus, *scribe exercitati*, ut quamvis dicat Chrysostomus, multa esse, quæ confundant in scriptore velocitatem calami, ille tamen usque adeo exercitatus est, ut de illo verificetur Martialis effatum: *currant verba liter, manus est velocior illis, nondum lingua suam dextra peregit opus*, adeo ut videatur non velocior esse intellectus ad diccurrendum, quam ad exequendum penna, eodem enim tempore, & invenit, & discurret, & componit, & scribit, quia videntur jam omnia esse ad discursum parata, elaborata, & cum facilitate quadam disposita.

Id autem fateor, me vel maximè admirari, quod nullas faciat lituras, verum primam statim manu scribit tam limpide & tam compositè, ut in toto originali nulla appareat litura, vel comma malè positum, aut orthographia minùs perfecta quamvis etiam attento examine, & vigili curiositate perscruteris, & hoc est, quod Lorinus, *grammaticarum* esse, appellat, ut adeo mirum mihi non accidat, tam brevi tempore Authorem tres tomos Excitatoris Christiani portulisse in lucem, cum tamen Cassiodori opinio sit, novem annos esse necessarios, ut opus perfectum proferatur, *Nonus annus ad scribendum relaxatur Authoribus*. Atque adeo in utroque Talento grantis est, cum lingua illius nil aliud desiderare possit, quam ut velocitate sua assequatur penam, cumque penna linguæ respondeat, nihil porro relinquitur, quod possit desiderari.

Sanè quæ ad hæc bina Talenta celebrem se fecit Author, ut omninò non sciam, unde majorem laudem mereatur, nam tamen talentum prædicandi videatur omnium primò se manifestare, nescio tamen an non sit magis fortunata dos scribendi, nam ut dixit Abbas Tritemius; *Parum valet officium prædicantis, si scriptoris ministerio non juvetur, quid enim prædicator, si scriptor, quod legat, non scripserit* quamvis in rei veritate inter geminos illos fratres, Phares, & Zaran unus manum protulit, & se primo manifestavit Zaran, obtinuit tamen primogenituram, & majorem Phares, & quamvis Petrus prior ad monumentum cucurrit, citius tamen appulit D. Joannes, *Exiit Petrus & alius discipulus, & ille alius discipulus præcurrit citius Petro, currebant duo simul*. Sed quod alter tempore prævaluit, alter illi celeritate eripuit.

Currant æquali laude gemina hæc talenta Authoris, Talentum prædicatoris in sua prædicatione, & sermonibus, ut *sermo DEI currat*, & talentum Scriptoris, in aliorum suorum librorum: *Ecce volumen volans*. Alterum quidem horum Talentorum tempore prævit, quippe quod à primis statim annis in Authore se prodidit, alterum verò celeritate prævaluit, quia Scriptorem suorum alas explicuit, ut adeò facta utrinque compensatione currant bina talenta æquali plausu, æquali fama, æquali merito. *currebant duo simul*, & quamvis in operariis illis Evangelicis, alii citius & matutino tempore ad laborandum in vinea egressi sint, alii autem tardius & die jam ad vesperam inclinante, tamen illos Paterfamilias fecit in mercede æquales, *pares nobis fecisti*: quod enim uni multo tempore promeriti sunt, illud paucò tempore obtinuerunt reliqui, sint ergo æquales: Ita pariter Author noster, paucò quidem tempore laboravit, dum scripsit, sed annis quàm plurimis se exercuit, dum prædicavit.

Cum ergò tantum laboraverit Author noster, dum sermonibus suis animas DEO lucratus est, & libris, imitando servos illos fideles de quibus dicit S. Gregorius: *Illi namque Domino laborant, qui non sua sed dominica lucra cogitant, qui zelo charitatis studio pietatis inserviunt, animabus lucrando invigilant, perducere & alios secum ad vitam festinant*. Exactè obligationi suæ satisfecit cum servo illo fideli, qui geminis suis talentis, alia duo lucratus est: *Ecce alia duo super lucratus sum*, & veluti sanctæ hujus domus filius, ac dignissimus sancti hujus montis Canonicus, dum libros hocce in lucem dedit, sicut enim dixit D. Gregorius *de monte Ephraim: Euphratensis est, qui in fertili terra, sterilis non est*.

Nunc autem existimo quoque rogandum esse Authorem, ut etiam nomini suo satisfaciat. *Filius accrescens Joseph*, ut nimirum crescere faciat opera sua, & Expof. moral. *libros, quia id ad animarum bonum prodest*: Unde bene Augustinus: *Expedit de eadem materia fieri multos libros, quia non omnium scripta ad omnes veniunt*. Quod si etiam Joseph est, ut latina translatio habet, *filius accrescens juxta fontem*, rogabo ego Authorem, ut cum in sacro hoc fonte sit, unde primas aquæ doctrinæ collegit, & ubi recepit primam illam tunicam, *fecit ei tunicam Polymitam*, quæ Ruperto interprete est ex multis virtutibus contexta, *id est virtutum, artificis mira varietate distinctam, usque ad talos peringentem, videlicet ob virtutum multiplici- tatem, & justitiæ perfectionem*. Ut tot libros in lucem producat, tantòsque, in Gen. 19. quan-

Cassiodo-
rus. l. 1. va-
riar.

Tritemius
de laud.
script. c. 6.
Genesis 38.

Joa. c. 20.

Zachar. 5.

Matth. 25.

D. Gregori-
us. Hom. 12.
us. l. Reg. 1.
Expof. mor-
tal.

D. August.
de Trinit.

Rupert. Ab.
in Gen. 19.
quan-

APPROBATIONES.

Plinius Ju-
nior.
Paraph.
Chaldaea,

quantis in sacro monte virtutibus illuxit, & quo citius illos imprimi fecerit, eò majori gustu cum Plinio dicam: *Ipsum te magis amabo, magis laudabo, quanto celerius miseris.* Ita fideles desiderant ipsum emolumentum, omnesque hac spe freti vivimus, futurum ut hæc insignis Ecclesia, hæc illustris domus, hic mons venerabilis Granatæ, cum Chaldæo dicere valeat: *Filius meus Joseph multiplicabitur tanquam vitis, quæ plantata est ad fontem aquarum.* Ita ergo sentio, salvo meliori Judicio. In sacro monte Granatenfi 2. Septembris 1680.

Doctor D. Balthasar de la Penna & Aviles.

Licentia Ordinarii.

Nos Doctor D. Franciscus Ruiz Noble. Canonicus Ecclesiæ Insignis Collegialis de monte Sancto Provisor, & Vicarius Generalis istius Archi-Episcopatus pro Illustrissimo Domino D. Fr. Alphonso Bernardo de los Rios, & Guzman, Domino meo, Archi-Episcopo Granatenfi, & à Consiliis suæ Majestatis, quantum nos attinet damus licentiam, ut typis imprimi possit liber, cui titulus est: Excitator Christianus sermonum doctrinalium, *Tomus Tertius*, compositus per Doctorem D. Josephum de Barzia, & Zambrana, Canonicum, & Sacræ Scripturæ Professore, dicti montis Sacri, visa & attentâ approbatione Doctoris D. Balthasari de Penna, & Aviles, cui eundem commisimus, per quem nobis constat, librum nihil continere adversum fidei Catholicæ, nec bonis moribus. Datum Granatæ 4. Sept. 1680.

Doctor D. Franciscus Ruiz, Noble.

Ex mandato Dni. Provisoris.

Petrus Ruiz, Escudero.

Approbatio multum R. P. Magistri, Fr. Thomæ de Esperiosa, Prioris Regii conventus Sanctæ Crucis Granatæ, Ordinis Prædicatorum.

EX commissione & mandato Dni. Doctoris, D. Francisci de Alva Conciliarii suæ Majestatis, & Oratoris in hac Regia Cancellaria Granatenfi, vidi Volumen Tertium cui titulus Excitator Christianus, quem typis imprimere vult Doctor D. Josephus de Barzia, & Zambrana Canonicus Insignis Ecclesiæ Collegiatæ de sacro monte, & Sacræ Scripturæ Professor &c. cumque sensum meum & judicium hic tenere declarare, in executionem obedientiæ mihi impostæ, idque sincerè, & absque omni passione aut affectu, dico ingenuè, quod tametsi Authori ad parandam sibi famam & fidem boni operarii satis sit, juxta mentem S. Gregorii, in quolibet modulo vel mensura, cum fide recta, bonæ prædicator actionis existere, quacunque horâ diei, à solis ortu usque ad occasum, atque tales, quamvis tardò adveniant, nihilominus mercedem suam diurnam accipiant; nihilominus tamen, ut simus operarii inconfusibiles, quales Doctor gentium suos vult esse discipulos, & imitatores, sicut ille erat Christi, multò plus requiritur, nimirum *in lege Domini meditari, die ac nocte, ut quæcunque fecerint, prosperentur.* Cumque Author noster in sua introductione Exhortatoria id persuaserit omnibus Doctoribus, & prædicatoribus, tanta eruditione, uti in Tomo I. videre est, consequens erat, ut illud ipsum confirmaret etiam in omnibus reliquis libris suis, ad ministerium suum perfectè complendum, quemadmodum D. Paulus ad Timotheum scribit: *Tu verò vigila in omnibus labora, ministerium tuum imple, argue, obsecra, opus fac Evangelistæ, increpa &c. in ista opportune, importune,* ubi D. Thomas adjecit, *opportune bonus, importune malus.*

S. Gregori-
us Hom. 19.
in Evang.
2. ad Tim.
n. 15. Psal. 1
2. ad Tim. 4
Ibi D.
Thom.

Judicavit Abner, Davidem importunum esse, dum audiret clamores, quo ipsum & univertum exercitum dormientem excitaverat, ex lethargo, quo omnes tenebantur, dum Rex Saul sub tentariò bellico somno detineretur, & ad caput suum lanceam haberet defixam, cum qua Abi'ai illum paraverat occidere, nisi David id impedivisset: *Clamavit David ad Abner & ad populum dicens, nonne respondebis Abner? & respondit Abner, quis es tu qui clamas & inquietas regem?* confidebat enim verò Saul fidei excitatori, ut ibi annotat P. Casp. Sanchez, quia in campo suo multos occultos Davidis amicos numerabat, qui illum occidere poterant; de quorum uno memoravit David, cum diceret: *Ingressus est unus de turba, ut interficeret Regem.*

2. Reg. 26.
Casp. Sanch.
ibid. Vide
abulens
ibidem,

Erat

APPROBATIONES.

Erat David, constitutus à DEO super Sion montem sanctum ejus predicans præceptum
 ejus, cumq; dormientes in quietate, satisfacere voluit muneri & obligationi suæ, somnum excu-
 tiendo, hoc est officium tuum implere: *implere ministerium tuum*, Singulariter illi, qui suæ
 curæ animas habent committas, quia propterea, *custodiunt Israël*, suntq; sexaginta fortes Salomo-
 nis, qui non tamen non debent dormire, sed neq; dormire, ob proprium periculum, & ob peri-
 culum suarum ovicularum, quemadmodum ipse Salomon diffusè in suis proverbii explicavit, Cant. 3.
 & cum illo Sacræ Scripturæ interpretetur: *Fili mi si sponderis pro amico tuo discurre festina, su-*
scipe amicum tuum, ac dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Hoc idem Prov. 6.
 facit Excitator noster Christianus, velut Cathedræ doctor, ac Missionarius, quæ sunt functiones, ubi Hugo.
 quæ Pater æternus imposuit filio suo unigenito, dum illum in mundum mitteret, ut prædicaret
 non solum populo sed ut salutarem doctrinam extendere: *usque ad fines terræ, parum est, ait Isaias*
ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, & faces Israël convertendas. Ecce dedi te ad
contempribilem animam, & abominatam gentem, ad servum Dominorum. Cumque pri- Isaias 49.
 mum in unoquoque genere sit mensura cæterorum, ad hanc mensuram sese conformare debet 2. n. 6.
 omnis Excitator, Atque hinc manifesta sit profunda meditatio Authoris nostri in hoc Tomo, &
 duobus præcedentibus, dum talem ipsi inscribit titulum, unde lector quivis, etiam non aperiendo
 librum, facile ex titulo deprehendere potest materiam quæ in eo tractatur, Singularis est doctrina
 D. Augustini: *Primum quod in cujusvis operis exordio lector tenetur attendere, est inscri-*
ptio, quam opus in superliminari pagina offert, quæ talis esse debet, ut sit quoddam illius bre-
ve, integrum, argumentum. Huic tam gravis Authoris & prædicatoris, qualis Augustinus S. August.
 erat, post Apostolos, primus, ut Possidius annotavit, conformando se Author noster, libro suo titu- Epist.
 lum inscripsit, *Excitatoris, non conjugem, sed Christiani.* Multi enim sunt, qui hoc aut non ad Hieron.
 sunt, aut operibus suis id negant, divo Paulo teste, ad Titum
c. 1. n. 16.

In istorum numero comprehendebatur Episcopus ille Sordicenis, cui DEUS dixit: *Scio*
operam tuam, quia nomen habes quod vivas, & mortuus es, esto vigilans, & confirma cætera,
quæ mortuum erant, non enim inveniendi opera tua plena coram DEO meo. In mente ergo habe,
quasi iter acciperis, & audieris. Talis etiam erat Eliud ille S. Jobi amicus, qui in Exordio Sermo-
 num suorum dicebat: *Plenus sum sermonibus non secundum sermones vestros respondetis,*
quia curat me spiritus uteri mei, & venit meus, quasi masculum absque spiraculo, quod
linguiculas novas dirumpit, loquar & respiratione paululum, aperiam labia mea. Hac de causa Apocal. 3.
 D. Thomas dixit: *Ex magno desiderio loquendi tibi putat periculum imminere, nisi loquetur*
vero, subdit, loquar, & respiratione paululum, quia scilicet per verba evaporo fervorem. Cau- n. 19.
 sam autem adjunxit, quod ignoraret, quando rationem redditurus esset DEO. *Nescio, quamdiu*
subsistam, & si post medium tollat me factor meus. Jam verò videamus, an iste an ille ministeri- Ibid. D.
 um suum implevit? Iste quidem aliquantulum implevit, ex mente D. Gregorii, & S. Th. mæ, de Thomas.
 altero autem legimus, & de utroque desinivit Salomon, *Nubes, & ventus, & pluvia non sequens,*
vir vanus gloriosus, & Promissa non complens. Prov. 25.
n. 14.

Noster Author e contrario procedit, nam statim in titulo suo promittit, se ministerium su-
 um impleturum, dum substantivo, *Excitatori*, adjungit adjectivum, *Christiano*, & cum hoc ubi-
 que concordat per omnia, in genere, numero, & casu; cumque in mundo auditum, fuerit verbum
 hoc adjectivum, *Christianus*, nisi quando D. Luca teste, propter Evangelicam prædicationem Astorum
 Antiochiæ crederet, plusquam in nulla alia Ecclesia nomen Christianorum, hinc ex verbo hoc pri- c. 4.
 mitive *Christus*, ortum est verbum, *Christianus*; ad hanc concordantiam cum Christo, obliga-
 vit se Author noster, velut cum exemplari omnium *Excitatorum*.

Cum verò promiserim de hoc tertio Tomo, Judicium & Sensum meum aperire, cum Au-
 thor in eo, idem sit, qui fuit in duobus præcedentibus, affirmo: *Idem in quantum idem, semper*
est natum facere idem. Et per consequens, approbationes duorum priorum, omnino quadrant
 ad hunc tertium. Si aptem petitura me, ut ex tenui substantia mea aliquid addam, dico, quod
 videatur mihi similis tertio filio Jacobi Patriarchæ, de sua prima conjuge, quæ in sua fecundi-
 tate figura erat vita activa, & Lia vocabatur, quæ interpretatur idem, ac *laboriosa*, vel *fatigata*.
 & ex istis laboribus, prodixit Levi tertius filius, hoc enim nomen ipsi mater indidit, quæ ipsum
 peperit, ut in ipso, & per ipsum significaret, aut majorem amorem mariti sui erga se, aut spes no-
 vas, novorum fructuum & benedictionum. *Levi enim interpretatur copularus.* juxta S. Hie- Gen. c. 19.
 ronimum & alios, *additus seu additio*, & totum hoc volebat declarare Lia, dum dixit: *Non quo*
que copulabitur mihi maritus meus, sed quod pepererim ei tres filios, & idcirco appellavit no-
men ejus Levi. Et cum DEUS in hac tribu tertii hujus Patriarchæ stabiliverit ex omnibus aliis n. 14.
 tribu summum sacerdotium legis illius antiquæ, per tres adeo singulares demonstrationes qui-
 bus idem confirmavit in Aarone, ut notat Hugo ad caput 17. Numerorum, non leve argumen- Num. 17.
 tum est, quod magis eum dilexerit, quam reliquos. Hugo myt.

Hinc insuper adjungi potest, quod inter tres illas demonstrationes Dei singulares, quas tri-
 bui Levi exhibuit, tertia fuerit, quod virga Aaron floruerit, & fructus tulerit, in quo, juxta
 mentem Hugonis Deus manifestare voluit, & floridum, & fructuosum, sacre Scripturæ, in
 qua cum Auctor noster & doctoratû laura, & Professoris munere polleat, videretur conse-
 quens esse ad ipsius eruditionem mysteriosum illud Symbolum, quo bonitas fructuum illius ap-
 probetur.



APPROBATIONES.

Ab. Num. cap. 13. dixerunt que, *terra illa ceu fluit lacte & melle, ut ex his fructibus cognosci potest.* Et unus de fructibus, erant poma granata, quem fructum, qui bene repræsentat Evangelicos prædicatores, etiam in suo cortice, & in suis fragmentis, & quod plus est, iuxta mentem nostri Soromagor, duabus vicibus in libro sui Epithalamii laudat divinus Sponfus; *sicut cortex mali Punici, sicut fragmentum mali Punici, absque eo, quod intrinsecus latet.* Et ista interiora sunt grana rubra tanto ordine disposita, sicuti ibi videntur, aut flos ipse coronati illius fructus, utrumque enim, ut doctus ille Commentator ait? pro multiplici literarum Hebraicorum significatione intelligi pro libito potest, itaque ita & ego utrumque intelligo, salvo meliore iudicio. Unde etiam concludo, quod tantum absit, ut vel in minimo deficiat in fide, aut bonis moribus, Tomus ille tertius, quia portius, si iste lucem non videret, periculum timeri posset illorum, qui ad clamores præcedentium librorum nondum experrecti fuerunt, & fortassis expergiscuntur ad clamores, quos a sui exordio præfens nobis liber præponit, cum themate Apostolicorum actuum, quod prædicavit D. Apostolus Paulus Athenis in areopago, ad cuius vocem expergefactus est D. Dionysius, & reliqui Apostolorum discipuli, ut in actibus Apostolorum recenletur.

Astorum.
6. 13.

Deuteron.
3. 11. 3. 10.

Ecclesiast.
6. 49.

Cum verò celebris iste Doctor mysticus Instignis Collegii de Sacro Monte Patronus sit, ubi in litterarum studia incubuit Author noster, an non merito ex hoc fonte inferemus fertilitatem totius Patriæ qualem cum etiam Moyses terre Chanaan auguratus est ex hoc capite, quod esset montuosa: *Expectans de celo pluvias;* non sicut Ægypti plana, & ejusdem horti, turbulentis Nili aquis irrigati, per humanam industriam. In illis montibus dicebat Moyses, stant defixi oculi DEI, à principio anni, usque ad finem ejus, & ego dico de isto hoc, suo tamen modo etiam positos in illo esse oculos suæ Majestatis; atque ille, qui inde nobis acclamatur, tanquam Prædicator, doctor, ac Professor semper in nobis relinquet resonantiam & Echo dulcis suæ memoriæ, sicut in omnium memoria remanebit semper, Echo Josiæ regis, ut ait Ecclesiasticus.

Non nihil fufius ego me dilatavi, sed absque nota aut suspicione Censoris exaggerantis, quia omnis ponderatio non est digna excitantis Christiani prædicatoris. Et in hoc fateor accidisse mihi illud, quod D. Hieronymo accidit, qui cum intenderet parvam amphoram efformare, & dolium egressum est: *auriente ros à egressum est dolium.* Ita scripsi in regali Conventu S. Crucis, 1. die Julii, Anno 1680.

Fr. Thomas de Esperiosa,
Magister & Prior.

Licentia Judicis.

Dominus Franciscus Isidorus de Alba, suæ Majestatis Consiliarius, & hujus Regiæ Cancellariæ auditor, Granatæ, nominatus Judex impressionum hujus Civitatis, licentiam do, ut imprimi possit, liber cui titulus est: *Excitator Christianus*, Sermonum doctrinalium, Tomus tertius, compositus à Doctore D. Josepho de Barzia, & Zambrana, Canonico, & Professore Sacræ Scripturæ in Monte sacro, atque approbatione multum Rever. Patris Magistri, Fratris Thomæ de Esperiosa, Prioris Conventus Regalis S. Crucis, ex qua constat, nihil continere librum contra sanctam fidem nostram, aut bonos mores. Granatæ 5. Junii Anno 1680.

D. Franciscus Isidorus de Alba.

*Approbatio multum Rev. P. M. Francisci de Azebedo,
Professoris vespertini in Collegio S. Pauli Soc. Jesu hujus Civitatis
Granatensis, qualificatoris sancti Officii inquisitionis.*

EX Commissione D. Doctoris D. Francisci Ruiz noble, Canonici & Doctoris sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Granatensis, Provisoris Judicis, & Vicarii Generalis hujus Archi Episcopatus &c. Vidi librum cujus Titulus est. Quartus Tomus, *Excitatoris Christiani*, compositus à Doctore D. Josepho de Barzia, & Zambrana, Canonico sacræ Ecclesiæ Collegiatæ de sacro Monte hujus Civitatis Granatæ, Sacræ Scripturæ Professore. Opus sanè longè dignius, ut imprimatur in laminis cordium humanarum, quam in mortuis chartæ & papyri foliis. Est Opus hoc Horologium excitatorium mundi in lethargo vitiorum dormientis ac demersi, & Prædicatorum, in somno omissionis ac negligentia obligationis, & muneris sui dormientium; fabricatum est ingeniosum opus hoc in monte excelso, magi: altitudine Sanctitatis, quam celsitudine materiali, ex providentia divinæ dispositionis, ut modo faciliori voces illius in omnes aures penetrarent. *Quam pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem, & annuntiantis bonum, prædicantis salutem!* quam pulchri sunt pedes, ait Isaias Propheta, aut juxta dictum S. Au.

Isai. 52.

APPROBATIONES.

S. Augustini, quam gratiosi penes DEUM affectus in sonoras voces effusi, illius qui predicat in montibus pacem, & salutem æternam? (& hoc solum dixerim de Prædicatore & Artifice hujus Horologii excitatorii, cum cavendum mihi sit, ne Censura mea cognitam ejus modestiam offendant.) Ad opus ipsum transeo, & Textum Isaïæ cum septuaginta Interpretibus lego: *Sicut hora dat.* Ad opus ipsum transeo, & Textum Isaïæ cum septuaginta Interpretibus lego: *Sicut hora dat.* Ad opus ipsum transeo, & Textum Isaïæ cum septuaginta Interpretibus lego: *Sicut hora dat.* *super montes.* aut cum monigno *sicut Horologium super montes.* Quid tam placitum est DEO, quod dormientes excitat in oblivione salutis æternæ, quod expergeficit vigilas vitæ hujus, Prædicatores Evangelicos, qui somno vecordia & negligentia sopiti reliquerunt vigilias clamorum & admonitionum suarum, adeo, ut illi, qui deberent esse horologia, & excitatores motu suo continuo, sint machinæ profus inutiles & vitiosa quiete in veterata: *Nam ipsa quiete vitium est;* ut de quodam corrupto & stante Horologio sapienter quidam dixit: Nam ad corruptionem cujusdam Horologii bene & affabre con-
tinnati, alio defectu opus non est, quam si motu careat, & non ambulet, sed pigra quiete consistat: *Ipsa quiete vitium est;* Altera & grandis utilitas huic Excitatorio Horologio inest, quod collocatum sit, in Monte excelso & sacro, ejus voces interveniente typo pertingere possunt ad aures totius mundi, nimirum sonitu & clamore vocum suarum, & ictibus continuis sui motus, qui sancto quodam motu importuni, excitant peccatorem e profundo lethargo vitiorum suorum, & impediendo somnum quietis culpam suarum. *Motus magnus, quin immo perpetuus peccati* *conscientiam exagitat, quo operosi instar Horologii, noctes diesque interurbat, nec sinit conquiescere.* Id quod in rem meam sine dubio dixit eruditus Engelgrave dum meam censuram, circa hoc excitatorium Horologium prævenit; qui tamen verbis illis non declarat omnes artificiositates hujus operis excellentias; plures enim sunt ejus virtutes, & officia, quæ præstat. Prodit Horologium istud in totius mundi plateas, & servit per modum exemplaris & normæ ad componendas actiones nostras, ut Horologium affectuum nostrorum sese ad hujus Horologii rationes conformet. *Unusquisque homo, ait Seneca, est Horologium animatum,* sed Horologium male concinnatum, absque ordine, quia motus rotarum, passionum, & affectuum nostrorum, illud ad cursum adigit, rotæ autem, quæ à ratione gubernari, & moveri deberent, pigra sunt, & inveterata ac viligine obstitæ, ad hoc ergo male concinnatum & male ordinatum Horologium reficiendum & restaurandum, præseus ordinatissimum & regulatissimum Horologium inserviet, ut motus cordium nostrorum se conforment secundum motus hujus Horologii, ut vita nostra semper clamet horam mortis, & oblivio gloriæ semper sonet memoriam nostræ beatitudinis æternæ, ut vitiosa quiete nostra sit motus perpetuus in exercitio virtutum, & si tandem Horologia sumus bene regulata, & vera exempla hujus ordinatissimi Horologii. *Homines Horologii conformes.* Hoc ingenioso invento artifex Horologii toti mundo sensibilem facit zolotissimam vocem suam, ad compositionem actionum nostrarum, non enim contentus solâ spherâ & spatio totius Andalusie nostræ, uti se fervor illius Apostolicus exeruit, sancta quadam angustiarum impatiencia transformavit se in voces & clamores, campanæ cujusdam tantæ activitatis & efficacitæ, ut pro hac effusione postulet mundum universum: *Qua operosi instar Horologii, noctes diesque interurbat, nec sinit conquiescere.* Hac arte facer ille Artifex apud Dei Tribunal rationes dat accepti eximii sui talenti, & vocis Apostolicæ, quam DEUS ipsi contulit, ut admoneret peccatores, & indicet eis horam æmomentum æternitatis. *O momentum, à quo pendet æternitas:* Et hoc Horologio DEUS mundum aliquando coarguet ob inordinationem vitæ nostræ. Narrat historia, Imperatorem Ferdinandum primum, maximas suas delicias, in varietate Horologiorum rotatorum habuisse, quodam nocte omnia illa in publicum protulit, ut aulæ suæ Procures eorum visu fruerentur; contemplantur isti præstantiora hæc opera, & singula Ho-
logia laudibus celebrabant, alii quidem ob eorundem artificium exquisitum, omnes autem, quia Cæsaris gustum in illis pro fine suo posuere, quodam nocte omnia illa in publicum protulit, ut aulæ suæ Procures eorum visu fruerentur; contemplantur isti præstantiora hæc opera, & singula Ho-
logia laudibus celebrabant, alii quidem ob eorundem artificium exquisitum, omnes autem, quia Cæsaris gustum in illis pro fine suo posuere; vertit nonnihil caput Imperator, cum unus
alicorum subtrahent clam Horologium sacco suo imposuit; verum non tam dextræ fortuna perperaverat, ut illud Casarem non adverteret; vocatum ergo illic ad se furem, alloquio suo & conversationem tandem eundem decinuit, usque dum subductum furto Horologium, & in sacro absconditum, horas infonaret, & una delictum indicaret; permittit illum subinde Imperator discedere, nec severiori modo in furem animadvertit, sat vapulasse arbitratus iis ictibus, quos eadem campanula sonantis Horologii inflixerat. Ad eundem modum, quando in die Judicii Divini examinabitur Horologium affectuum nostrorum, confundent nos istius Horologii ictus, & salvatoria monita data ad corda nostra e somno excitanda. Remedia quoque optima, quæ idem suggestit, accusabunt illos, qui Horologium istud apud se habuerunt nec sament vitæ suæ rationes emendarunt.

Nocte dieque sum gestare in pectore testem;

Ocultum quantente animo torrore flagellum.

Et hoc Judicium meum est circa hoc Horologium excitatorium, non solum ergo licentia dari potest, ut communis Juris fiat penes omnes, per impressionem publicam, suppellex hæc peregrina, sed etiam ut ejusdem artificii debita laus & gratiarum actio accedat, propter opus tam perfectum, & ad animarum utilitatem ac emolumentum tam proficuum. Ita judico, salvo meliori. Dabam in Collegio S. Pauli Societatis JESU Granatæ 20, Augusti, Anno 1681.

Franciscus de Azevedo.

(b 2)

Licentia

D. à Bur-
gundia
mundi
pis lydian

Engelgra-
vein Luca
Evangel.
Imbl. 9.

Seneca.

apud Dna
rel. 1.
6. 10.

Juvenalis
Sat. 13.

APPROBATIONES.

Licentia Ordinarii.

NOS Doctor D. Franciscus Ruiz Noble, Doctor Canonicus Sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Granatensis, Provisor & Vicarius Generalis illius Archi-Episcopatus, pro Illustrissimo Domino D. Fr. Alphonso Bernardo de los Rios, & Guzman, Domino meo Archi-Episcopo Granatensi, Suae Majestatis Consiliario, quantum nos attinet licentiam damus, ut possit imprimi liber cui Titulus est; *Excitator Christianus sermonum doctrinalium*. Tomus quartus, compositus à Doctore Josepho Barzia, & Zambrana, Canonico, & Professore Sacræ Særipturæ, de Monte Sancto, attenta approbatione multum R. P. M. Francisci de Azebedo, cui librum commisimus, unde constat nihil eum continere sanctæ fidei aut bonis moribus adversum, quin dignissimum esse, ut in publicam lucem prodeat. Datum Granatæ 22. Augusti, Anno 1681.

Doctor D. Franciscus Ruiz Noble.

Ex Mandato D. Provisoris.

Petrus Ruiz Escudero.

Approbatio Revmi. P. Fr. Jacobi de Saabedra, Lectoris Jubilati & Guardiani Conventus Regalis N. P. S. Francisci de observantia hujus Civitatis Granatensis, Prædicatoris Suae Majestatis.

EX commissione D. Doctoris D. Jacobi de la Serna, Consilarii Suae Majestatis, Fiscalis, & Auditoris in hac Regali Cancellaria Granatæ, & Judicis nominati, Suae Majestatis, quo ad impressiones librorum hujus Civitatis, vidi librum, quem typis dare vult Doctor D. Josephus de Barzia & Zambrana, Canonico & Sacræ Særipturæ Professor in Sacro Monte, hujus Civitatis, cui Titulus est; *Excitator Christianus*, & est iste quartus Tomus, in quo auctor tam altam materiam profert, quam promittit, postquam illam probavit, & exploravit in Petra illa, & lade angulati Jesu Christo nostro Salvatore, in quo omnis edificatio constructa crescit. Quæ singulis diebus, majoribus augmentis, nova & differentia ab illo procedunt volumina, & nomen ipsum doctoris, qui illa edidit, sufficienti luce declarant, quod sine admodum perfecta.

Uniones Erytræ, quæ sunt creaturæ maris rubri, quod græci vocant Erytræum teste Plinio, sunt margaritæ omnium maximè pretiosæ, præcipue autem laudantur circa Arabiam in Persico sinu maris rubri. Idque ideo, quia ex colore pelagi ubi nascuntur, magis accensa apparet illarum pulchritudo. Pals est feruor & ignis, qui in istis sermonibus elucet, & efficacia insignis hujus Prædicatoris, qui in illis loquitur, ut illi ipsi satis declarent, esse materiam pretiosam & ardentem zelo sui Auctoris, atque ideo omnium plausum mereri, cum sit veritas Evangelica, quæ Regnum cælorum comparat negotiatori comparandi pretiosas margaritas. Sua manu incarnati verbi sapientia Evangelium plantavit, tam doctrinas continens benedictionis & salutis; & omnia illa, quæ magis redolent voces illas naturales, & sacram energiam, commendant se ipsa, ut ait S. Laurentius Justinianus, & summam dant satisfactionem. *Singula quæ à DEO sunt condita, quanto magis naturalem, & proprium servant decorem, tanto amplius commendatione digna censentur.*

In hoc ergo Excitatore non solum agnosco & deprehendo remedium, pro dormientibus, sed etiam pro vigilantibus, & experrectis, absque ulla contradictione. Omne enim sæculum secum fert plures carbones somnolentos inter cineres otii, & fœcordiæ, qui bene opus habent fragore Evangelico, ut silentium illud tranquillum auferatur, quod illos facit obdormiscere, & pulvis ille proprius abstergetur, qui eos abscondit, & deformat. Excitat liber iste manifesta & patenti doctrina, & pondere reprehensionum terret; Est enim quædam species Lechargi quæ sane indiget virgili instructione, omnibusque viribus a ministro verbi applicatis. Id unâ adverte, quod in medio ignis & fervoris, quo se Author applicat, utatur simul prudentissima discretione, genium præferens prorsus placidum & specialem, id quod plurimum confert ad obtinendum, secure ac feliciter, intentum finem; quem admodum Patriarcha Venerus testatur. *Inter præcipua Conditoris dona illius erogata militibus discretionis gratiam esse asseverare non dubito, facile namq; à virtutis tramite deviat, qui censurâ prudentiæ nescit providere, quod agat.* Revera nullum non lapitem Author movet ad finem, quem intendit; movere & ex litterali sensu S. Særipturæ; proponit doctrinas morales clarissimas, & admodum utiles, cui accedunt eruditiones sapientissimæ; attrahit insuper corda robustis & validis persuasionibus; superadgit exempla opportuna, & argumentis potenter prædicat; stringit selectis instantiis, & concludit tandem fulminando documenta validissima ad excitandum hominem, ut iterum redeat ad primævam suam obligationem & officium, dum modo representat bonitatem & misericordiam DEI infinitam, qui offensus est, modo inexplicabili & sempiterna supplicia agglomerat iis, qui DEUM offendunt. Ut autem libro huic eam approbationem conferam, quam meretur, necessariò mihi adhibenda sunt verba S. Laurentii Justiniani: *Quæquam enim innumeri reperiantur qui jactantia causâ verbum DEI pronuntiant populis, incassum tamen laborare noscuntur, solum igitur per divinitam gratiam electi ad prædicationis officium, doctrina cælestis fluentia, audientibus porrigunt mundana cupiditate sicim exhauriunt, animarum lucris incumbunt, Christum simpliciter amittunt, spiritualis vitæ iter incerta manifestant, & cuique propria rudimenta propinant.*

Non

ad Ephel. 6.2.
Plin. 8.6. cap. 23. l.9. c.35. Jul. Solin. c.39. Matth. c.13.
Laur. Just. in solemn. Ev. Joan.
Idem in opus. de intern. sensu. c.2.
Idem l. de Triumph. Christi a. gone c.27.

APPROBATIONES.

Non invenio in hoc libro quidpiam, quod puritati S. fidei nostræ adversum sit, aut bonis moribus, quin potius impeterrico zelo elevat precium verbi divini, & gratia singulari extollit valorem margaritæ Evangelicæ, stylo propriè Apostolico, cujus integritas juxta ac elegantia limata offendit labores Authoris esse specialissimè applicatos & exactè expolitos ad utilitatem communem & publicam. Atque ideo omnino danda est ei licentia quam petit, eundem publicè typis dandi, ut doctrinæ istæ currant, gloriosa continuatione, ut tandem confundatur Babylon, & prævaleat Sion. Ita judicio. In hoc regali Conventu N. S. P. Francisci in Granata. 1. die Mensis Augusti, Anno 1681.

Fr. Diego de Saabedra.

Licentia Judicis.

Doctor D. Diego de la Serna Sua Majestatis Consiliarius, Fiscalis & Auditor in hac Regia Cancellaria Granatensi, nominatus Judex librorum imprimendorum hujus urbis. Licentiam do imprimendi librum, cui Titulus est: *Excitator Christianus, doctrinarum moralium*. Tomus quartus. Auctore Doctore D. Josepho Barzia & Zambrana, Canonico sacri Montis, & S. Scripturæ Professor, attenta approbatione Rev. Domini P. Fr. Diego de Saabedra Lectoris Jubilati, & Guardiani, qui fuit, Conventus S. P. N. Francisci de Observantia, in hac urbe Granata nec non Prædicatoris Sua Majestatis, cum per illam constet, nihil tenere adversum Sanctæ fidei nostræ, nec etiam bonis moribus. Granata 3. Augusti, Anno 1681.

Doctör D. Diego de Serna.

Approbatio Doctöris D. Josephi de Morales, Canonici Collegialis Insignis de Monte sacro Granatæ, & Professoris primarii Sacræ Theologia.

Ex honore speciali, ut agnosco, Domini Doctöris D. Franc. Ruiz Noble, Doctöris Canonici, Ecclesiæ Metropolitanæ Granatensis, Provisoris, Judicis, & Vicarii Generalis hujus Archiepiscopatus, petitur à me judicium supra librum, cui Titulus est, quintus Tomus, *Excitator Christiani*, quem parat typis dare Doctör D. Josephus de Barzia & Zambrana, amicus meus, & Collega Canonicus hujus Sanctæ & Insignis Collegialis Ecclesiæ de sacro Monte, dictæ Civitatis Granatæ, S. Scripturæ Professor, agnosco me in statu satis perplexo, inter duo extrema, obedientiam ex una, & amicitiam ex altera parte; existimo quod potuissim hunc favorem deprecari, & excusare; multum enim affligunt obligationes, ubi oportet esse omnino resolutum & absque affectu privato; idque multo magis, si obligationes illæ considerentur esse incompatibiles, aut earum executiones impossibiles, sicuti mihi accidit; si enim intendo mandatum hoc in speciale beneficium convertere, cum discretione Senecæ, Epist. 45. *Indulgentia istud scio esse non judicii*; Video non posse esse beneficium, remittere me ad illud, quod jam teneo, aut possum tenere domi meæ; si autem prætendo subijcere voluntatem meam obedientiæ, & immittere me in officium censoris, agnosco materiam impossibilem, quia artifex ipse opus istud examinavit tanto rigore, dum concepit, & in sua officina confecit hanc quintam essentiam quinti hujus Tomi, quod illa cum omni excellentia è sua manu egrederetur; ut adeo ipsemet anticipatò, sumpserit sibi laborem & curam vigilantis Censoris. Unde nil aliud nobis restet, quàm illam cum gustu legere & admirari. Opus verò ipsum possit se cuivis calumniæ opponere: *male habitur liber*, ait D. Bernardus, *qui sine Authore suo non defenditur; ipse igitur per se loquatur*. Possum de hoc quinto Tomo dicere, si id permittat excellentia primorum quatuor præcedentium, quod dixit Martialis epigrammate primo. *Unum procunctis fama loquatur opus*. Si autem ob materiam impossibilem, istud extremum velim relinquere, & eligere alterum, ad quod me amicitia & necessitudo inclinât, & quod me trahit propinquitas ac Societas Collegæ, & prorumpere in debita elogia istius operis, & sui Authoris, tunc enim vero iterum duplici impossibili me involvo; Impossibile enim est intra Approbationis terminos tam limitatos id proferre quod integros Tomos requireret, pro gloriosa fama Posteritatis; atque adhuc magis impossibile est, ut id modestia Auctoris permittat; & si etiam ista non essent, aliud adhuc majus obstat; cum enim jam alios quatuor Tomos in publicam lucem dederit, cum doctörum virorum approbationibus, & lucidissimorum Ingeniorum, tam in litteris, quàm virtute, quæ in hac Monarchia inveniuntur, eadem tam sterilem fecerunt campum latissimum debiti applausus pro tam divino Ingenio Auctoris, & artificis, & pro tam ingeniosa & rara fabrica operis, quod non minus encomium meretur, quàm priora opera jam edita, etiam maximè Eloquentiæ nihil relictum est, quod superaddat. Itaque nec mandatum mihi injunctum exequi possum, nec modum invenio, quo satisfaciam amico, nisi istum, ut remittam approbationem illi, qui curam in se sumpsit operis eliminandi, qui est Author ipse: *Laude ipse se coronet* (Sententia est S. Ambrosii) *& laureatus spiritus scriptis coronetur suis*. Scripta enim tam docta, tam Catholica & tam utilia ad emolumentum omnium, cum jam sint anticipatò approbata à suo Authore, meà nullatenus opus est approbatione. Ita ego sentio. Salvo &c. Dabam in hoc sacro Monte extra muros urbis Granatæ 1. Septembris. Anno 1682.

Doctör D. Joseph de Morales.

(c)

Licentia

APPROBATIONES.

Licentia Ordinarii.

NOS Doctor D. Franciscus Ruiz Noble, Doctor Canonicus sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Granatæ, Provisor & Vicarius Generalis hujus Archi-Episcopatus pro Illustrissimo Domino D. Fr. Alphonso Bernardo de los Rios, & Guzman, Domino meo Archi-Episcopo Granatenfi, Consiliario Suxæ Majestatis, quantum ad nos pertinet, damus licentiam imprimendi librum, cui Titulus est: *Excitator Christianus sermonum doctrinalium, Tomum quintum, compositum à Doctore D. Josepho de Barzia, & Zambrana, Canonico & S. Scripturæ Professore in Monte sacro, attentâ approbatione Doctoris D. Josephi de Morales Canonici dicti sacri Montis, cui id commissum opus, cum constet, quod nihil contineat, sanctæ fidei nostræ, & bonis moribus contrarium, sed dignissimum, qui in lucem prodeat.* Datum Granatæ 3. Sept. Anno 1682.

Doctor D. Franciscus Ruiz Noble.

Per mandatum D. Provisoris

Christophorus de Leon N.

Censura, & Approbatio multum Rever. P. M. Fr. Alphonfi Ortiz Patigno Patris & Vicarii Generalis in Provinciâ novæ Hispaniæ Regii Ordinis Dominiæ nostræ de mercede, Redemptionis Captivorum, & commendatoris actualis, Conventus in Civitate Granatæ.

EX mandato D. Doctoris Diego di Serna, Consiliarii Suxæ Majestatis, & Auditoris in Regia hac cancellaria Granatæ. Vidi cum omni attentione quintum istum librum, *Excitatoris Christiani*, Authore D. Doctore Josepho de Barzia, & Zambrana, Canonico, & S. Scripturæ Professoris in Monte sacro hujus urbis. Cum autem in illo notaverim grandes utilitates, quantum in me est, nihil habeo, quod illi opponam, nec ullum verbum censurâ dignum est, in toto libro, qui adeo Censore non indiget, imo tam procul ipsum abesse judico, ut totus in illius elogia effunderer, nisi reputarem, quod mihi liber datus sit ad censuram, non verò ad laudem, nisi maxima hæc ipsa laus sit, in tot Sermonibus nihil inveniri censurâ dignum. Pro hoc meo sensu adducam maximi Doctoris verba, Epistola ad Paulinum, ubi de quodam libro addit hanc censuram: *Librum tuum quem pro Theodosio Principe, prudenter ornateq. compositum transmissisti, libenter legi.* Quando gustus adest in eo, quod legitur, bene sapit cibus, qui ministratur, & sapidum est illud, quod gustatur; ego autem affirmare possum, melibrum istum cum gustu legisse, *Libenter legi, & præcipue mihi* (subjungit) *subdiviso placuit.* Est enim bona methodus doctrinæ proprium magnorum magistrorum, & istorum donum maximè pretiosum, subdiviso, & claritas. *Cumq. in primis partibus, vincas alios, in penultimis te ipsum superas.* Semper enim grandes spiritus in more positum habebant, se ipsos vincere, ad animos tibi acquirendos; & qui se ipsum non vincit, infelici modo procedit ad convincendos alios. *Sed & ipsum genus eloquii pressum est, & nitidum.* Estq. deceptio aliquorum, magis loquacium, quàm disertorum, existimare, stylum si est concisus, & clarus, non esse eloquentem, & pulchrum. Eloquentia enim pulchritudinem suam non habet in pompa, sed in vivacitate & efficacia, & quod constructum est, est proprium perfecti; quod autem amplitudine diffluit, illud est flaccidum & imbecillum. *Et sùm Tullianâ luceat puritate, crebrum est in sententiis.* Puritas vocum, & abundantia sententiarum elevant stylum, & propterea tantum tulit plausum Tullius, *Facet enim, ut quidam ait, oratio, in qua tantum verba laudantur;* sic enim totus apparatus est in superficie tantum, parum autem ad profundum centri descendit, in quo tamen totius rei cardo vertitur. Et cum Dei verbum penetrans sit, non ferit cor, centrum scilicet hominis, si tota cura ad solam superficiem adhibetur, & Orator Evangelicus contentus est, ut sola verba splendorem suum retineant. *Præteream, magna est rerum consequentia.* Non est liber alicujus valoris, qui methodo caret. *Et alterum pendet ex altero.* Non enim bona esse consequentia potest, quæ non continetur in præmissis, & in perfecta unione materiæ tota substantia ædificii consistit, & soliditas fabricæ. *Quidquid assumpseris, vel finis superiorum, vel initium sequentium est.* O si omnes libri huic similes essent! Pauciores essent, nobisq; magis utiles. Judico ergo hunc librum talem esse, sicut sunt antecedentes & ad utilitatem publicam imprimendum. In Regali Conventu Granatæ, Regii Ordinis Dominiæ nostræ de mercede redemptionis Captivorum, de Observantia, 1. Augusti, Anno 1682.

S. Hieron.
Epist. ad
Paulinum.

Mag. Fr. Alphonfus Ortiz Patigno.

Licentia Judicis

DOCTOR D. Diego de la Serna, Conciliarius Suxæ Majestatis & illius Audieot in hac Regali Civitate, do licentiam imprimendi librum, cui Titulus est: *Excitator Christianus sermonum doctrinalium.* Tomus quartus, Authore Doctore D. Josepho Barzia & Zambrana Canonico sacri Montis, & S. Script. Professore, attentâ approbatione & censurâ multum R. P. M. Fr. Alphonfi Ortiz Patigni. Patris & Vicarii Generalis, qui fuit, Provinciarum novæ Hispaniæ Regii Ordinis Dominiæ nostræ, de mercede Redemptionis Captivorum, & Commendatoris actualis, Conventus hujus urbis Granatæ. Ex qua constat, nihil illum habere contrarium sanctæ fidei & bonis moribus. Granatæ 4. Augusti, Anno 1682.

Doctor Don Diego de Serna.

Register